UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Index Adagiorvm Et Formvlarvm Lo Qvendi Hispanicarvm

urn:nbn:de:hbz:466:1-53092

Visual Library

# INDEX
## ADAGIORVM ET FORMVLARVM LOQVENDI HISPANICARVM

His quatuor Tomis occurrentium.

I. COMO *garrote le daua la perleſia la vltima buelta.* h.2.nu.1. Extremam hic & deſperatam denotat paralyſis infirmitatem: ſumpta ſimilitudine à carnifice, qui reo ad palum ligato, bacillo ſtrangulatorio fauces vltima contorſione præfocat.

II. *Hazer raya à los demas.* h.2.n 2. Sumitur ſimilitudo à ſaltu certantibus, inter quos leuiſſimus ceteris metam præſcribit, quam, ſi poſſint, aſſequantur.

III. *Dar lengua de ſu perſona.* h.2.n.10. Id eſt, prævium de ſe ſpargere rumorem, omniumque prouocare linguas, vt de ipſo loquantur.

IV. *Tener datas y preſas.* h.2 d.12. Significat mutuam habere inter ſe communicationem, ex datis & acceptis; vel etiam aliquandò, dum dicitur: *Deſpues de datas y preſas*, indicat multis vltro citroque interiectis, collatis, tranſactis &c.

V. *Gallina mojada.* ho.3. n.6. Prouerbium eſt quo vir notatur vecors, imbellis animi, aliique deiectis alumbus, cui vires, quibus ſe defendat vt gallinæ aquis immerſæ, elangueſcunt.

VI. *Eſta le y ſe guarda à calle hita.* homil.3. numero 6. Ex contextu colligitur hic indicari legem aliquam ſeruari mordicus, generaliter & conſtanter: ſed unde natum ſit adagium, non ita paret, niſi forte dixerim per *Calle hita*: plateam ſignari ſtrictam & obſtructam per quam nullus pateat exceſſus: & conſequenter irrefragabilem & imperuiam legis duellorum obſeruantiam, de qua hic mentio ſit.

VII. *Boluer en juego los pecados perdonados.* homil. 3. numero 54. De iudice loquitur, qui remiſſa ſemel peccata ad trutinam reuocat, eo modo quo Rex à ſervo crudeli & ingrato decem millia talenta repetiit, prius tamen remiſſa, ſuam illi in conſeruum exprobrans animi feritatem.

VIII. *Lleuaua ſus enemigos à mal andar.* homil. 5. numero 9. Victorem denotat, qui hoſtium ſuorum copias, ſic in arctum cogit, vt à fronte habeant præcipitium & à tergo lupos.

IX. *Yua la parte de los hombres à capa* [illegible] 5 numero 9. Fortunam hic intellige [illegible] auſpicatam, atque omni ſpe proſperitatis [illegible] demiſſo ſyrmate langueſcentem.

X. *Dos hombres Adelates* [illegible] homil. [illegible] 24. *Adelates* nomen eſſe ſuſpicamur propium [illegible] bus, & quibuſdam tantum notum nationibus.

XI. *Xaque y mate.* homil.5. numero 21. [illegible] loquendi in luſu taxillorum frequens [illegible] denotant nihil ſibi boni vel lucri expectandum [illegible] reliquos capiant aduerſarij taxillos, dum [illegible] tus eſt.

XII. *El demonio fue à dos Italianos y* [illegible] 5. numero 29. Nomen hoc *Italianos* [illegible] manſit inexplicatum: ſenſus Adagij [illegible] ſpicuus eſt: nempe diabolum, ſic explorare [illegible] ſic tentare, vt exploret. ita Caietan. & [illegible] ab illo Saluatori dilemmate. ex quo cognoſceret [illegible] eſſet filius Dei: quodcumque Chriſtus aut [illegible] ret, aut ageret, ſe lupum auribus captum [illegible] traretur.

XIII. *Pues jugais de arte, paſſome* [illegible] 5. numero 34. Formula communis eſt [illegible] q.d. quandoquidem ex arte ludas, ad [illegible] tranſibo: quaſi dicat Chriſto diabolus: quandoquidem S. Scriptura ludas, & ictum retundas, [illegible] fero Scripturam.

XIV. *Quiſo moſtrar Dios quan delgado* [illegible] numero 44. q. d. Oſtendere vult Deus [illegible] cuncta diiudicet: ſumpta metaphora [illegible] te ſubtilia & tenuia.

XV. *Hazer piernas de nueuo.* homil. 7. num. [illegible] phoram ducit a duobus diu mutuumque [illegible] ctantibus, quorum altero iam proſtrato [illegible] dio quaſi nouos ſibi pedes acquireret [illegible]

XVI. *Eſta la fulana à tu pan y cuchillo.* homil. [illegible] 27. Meretrix hæc dicitur ceſlatis, quam [illegible] ſumptibus, qua pro libidine ſua abutitur.

XVII. *Es negocio de aguachirle.* homil. 8. numero [illegible] Iudæorum hic notatur ingratitudo, & [illegible]

rum Chriſti: quaſi hæc non maioris eſſent momenti, pluriſque facienda, quam aquarum eluuies.

XVIII. *Tomar los cielos con las manos*. homil.8. nume. 45. Modus hic eſt iurandi: quaſi ipſos cœlos manu in ſedes arripere, iuxta illud Moyſi: *Audite cœli quæ loquor*.

XIX. *A braces partidos*. homil.9.numero 19. Id eſt æquis viribus vel æquali certare Marte, ſic vt neuter armis, loco, militibus numeroque præualeat.

XX. *La gota da en cabo*. h.19.n.45. Podagra ad ſummum peruenit torquetque vehementiſſime.

XXI. *Cayo hecho tortilla*, h.10.n.50. Ex alto cecidit, toto corpore contritus velut ſiquis placentam in terram tota videijceret, an non plane contereretur?

XXII. *Saliole mal la cuenta*. h.10.n.50. Sine caupone computum fecit. In exemplum producitur eius qui de diuina nimis præſumens miſericordia, vel in peccatis contumax perſeuerat, vel ab infirmitate reſurgens in priſtina relapſus vitia morte punitur inexpectata.

XXIII. *Zahoris*, homil.11. numero 8. Viri ſunt quos ferunt videre quæque abdita in intimis terræ viſceribus, venas aquarum & metallorum theſauros, & ſub ſarcophagis ſita cadauera, de quibus vide Delrio de Arte magica l.1.c.3.q.4.p.22.

XXIV. *Glo ſarſe de los tejados à baxo*. homil.11.num. 11. Illis quadrat qui de donis ſe iactant ſublunaribus ac natalibus, parentibus, diuitijs, intellectu, pulchritudine &c.

XXV. *Prometer pueblos en Francia*. hom.12.nu.16. Adagium eſt denotans promiſſi impoſſibilitatem. v.g. Si Rex Hiſpaniorum alicui promitteret id quod in Gallia eſt, ſeu non ſubiectum poteſtati.

XXVI. *Nunca hallais ceſta tan de ſolas peras, que no aya vn pero entre ellas*. homil. 12. numero 32. Alluſio fit ad *Peras & pero*: quod ſumi poteſt aduerbialiter, eritque ſenſus: nihil ſic eſt ab omni parte beatum ſeu verum: vt non ſit inuenire vnum *Pero* id eſt, verò, ſed nihil ita perfectum quod ſuam non patiatur imperfectionem.

XXVII. *De Conſejo y vencejo*. homil.13.nu.2. Rythmus eſt & alluſio ad verbi terminationẽ, & ſignificat aliquem indirecte, conſilio, eique remedium proponere malo euitando.

XXVIII. *Vn gato mauleador, no es buen caçador*. hom. 13. numero 4. Felis multum minniens paucos venatur mures; ſi namque multum prius excitet ſtrepitum & clamorem, procul fugabit mures. Applicatur Deus terroribus & clamoribus peccatores percellens, præmonet illos ut fugiant à facie arcus & indignationis ſuæ, volens omnibus parcere.

XXIX. *Lleua de paga la maldad*. h.13.nu.16. Peccatorem deſcribit, qui in tantam delapſus eſt flagitiorum proluuiem, vt inde ſibi lucrum ſtatuat, honorem aucupetur, deque illis glorietur.



XXX. *Echò la barra la ira de Dios*. h.13.n.16. Extremum Deus furoris ſui ſeu potentiæ exeruit; eo modo quo quis vires ſuas oſtenſurus ferri ſeu plumbi laminam proijcit quam poteſt longiſſime.

XXXI. *Clavos de quarenta*. homil. 13. numero 17. Claui vocantur trabales.

XXXII. *Alargar el dedo*. homil. 13. numero 45. Rem fuſius explicare, eo modo quo quis aliquid diſtinctius indicaturus digitum indicem latius extendit.

XXXIII. *Quien à ſu enemigo popa en ſus manos muere*. homil.13.numero 66. Inimicum tuum ne viliſeceris, nec ioco exſibilaueris, futurum etenim eſt vt eius incidas manibus ab ipſo perimendus.

XXXIV. *Dar higas* homil 14.numero 15. Species eſt opprobrij ſeu exprobrationis non ſuſtinendæ verpum ſeu medium digitum oſtendere, ſed maxime inter Hiſpanos & Italos, cuius origo ſic deſcribitur. Fredericus Barbaroſſa Imperator, ob contumeliam Imperatrici factam à Mediolanenſibus, qui eam mulæ impoſitam capite obverſo in caudam beſtiæ, tradita in manus eius cauda pro fœno, ludibrio habuerant. Mediolano poſt longam obſidionem capto, deditos ciues ea lege ac conditione in gratiam accepit, vt qui vitam ſibi ſeruare vellent, ficum de poſterioribus mulæ dentibus eximerent, vnde nata eſt Italis illa contumelioſa irriſio cum pollice inter duos digitos oſtenſo proferunt; *Ecco la fico*. Ita Sebaſtian. Munſter. ex Kantzio.

XXXV. *Hombres de maquina*. h.14.numero 22. homines denotat ſui cerebri & phantaſticos, quos nulla poſſis ratione conuincere; vel qui præſtigijs & faſcinationibus homines deludunt.

XXXVI. *Preſo por el Rey*. homil. 14. numero 31. Dictum eſt Apparitorum quo reos Regis nomine ſiſtunt ac comprehendunt.

XXXVII. *No quiere Dios, que ſus miniſtros vayan hechos picaros*. homil. 14. numero 38. Non vult Deus vt miniſtri ſui laceris ac vilibus incedant veſtibus, vt ſcurræ & flagriones.

XXXVIII. *Ganar de manos*. homil. 15. numero 1. Id eſt aliquem præuenire vt fieri ſolet in luſu, quo quis alteri palmam præripit.

XXXIX. *A palos de ciego*. homil. 15. numero 22. Cœco ferit impetu, nulla perſonarum attenta qualitate, ſiue diues ſiue pauper ſit &c.

XL. *Poner en ſaluas* homil. 15. numero 28 Secretum aliquod fidei alterius committere, quaſi ſaluum & extra omne reuelationis periculum.

XLI. *A gran ſeca gran mojada*. homil. 19. numero 19 Magnam ariditatem excipit nymbus. Chriſto prouerbium applicat, qui paucis horis id omne perfecit, quod multis annorum centuriis fuerat de eo prædictum: videtur enim breuiſſimo tempore velle compenſare aquarum diluuio, quod tanto fuerat tempore ſuſpenſum.

XLII. *No ſe hazen guantes para los cauadores.* homil. 15. numero 31. Proverbium eſt quo reprehenditur aliquid in altero eius ſtatui non conueniens, ſicut chirotecæ dedecent manus eorum qui terram fodiunt, ſed puellas decent & fœminas.

XLIII. *Se poner don y hazer melindres muy ſobre pueſtos.* homil. 15. numero 32. Nomen ſibi dignitatis titulumque arrogare & veſtibus vltra ſtatum ſuperbioribus incedere.

XLIV. *Vn proceſſo de tres varas,* homil. 15. numero 43. Modus eſt loquendi quo deſignatur longiſſimus proceſſus, qui ad tres vlnas poſſet extendi.

XLV *Vn harnero de llagas.* homil. 16. numero 1. Optime dicitur de viro vulneribus ſic vndequaque ſaucio, vt per vulnera velut per neruos cribri corporis pateant inteſtina.

XLVI *Hecho ojos,* homil. 16. numero 13. Totus Argos, qui diligentiſſime oculis in omnia contortis, intuetur & conſiderat, bene comparandus Animalibus illis myſticis Vatis Ezechielis: dequibus ſcribitur, quod plena eſſent oculis ante & retro.

XLVII. *De par en par.* homil. 16. numero 14. Phraſis eſt loquendi qua deſignatur oſtium ingreſſuro latiſſime patere. & inſuper multa alia.

XLVIII. *Dejar alguno en ſeco.* homil. 16. numero 20. Ruſticitatem denotat, qua quis alterum, cui locutus fuerat, inſalutatum inurbane deſerit & abit.

XLIX. *En forma de relaxado.* homil. 16. numero 50. *Relaxado* dicitur qui a S. Inquiſitione damnatus eſt ad ignis ſupplicium & brachio tradibus ſæculari ſicenim in veſte illa Sambenito deipſo ſic ſcribitur: *Herege relaxado*: id eſt damnatus vt comburatur: vnde bene de Theodorico Rege dicitur: *en forma de relaxado.* Quaſi reus capitis vt in ignem mergeretur Liparitanum.

L. *A ti lo digo mi hija entendelo tu mi nuera.* homil. 17. numero 2. Tibi loquor filia mea, tu vero nurus mea hoc tibi dictum aſſume. Hoc vtimur prouerbio, quando alicui pœnas minitamur & ſupplicia, ſed principaliter ad alterum adſtantem minæ diriguntur, eumque tangunt: ſic nos Chriſtus in Iudæis docuit & perterruit.

LI. *Hazer roſtro al vno y otro.* homil. 17. numero 7. Mulierem arguit quæ leuiter nimis ſe cunctis indiſcriminatim affabilem reddit & familiarem.

LII. *Echar el ſello.* homil. 17. numero 8. Vltimum infert actum quo ceteris finem imponit, vel concludit, ſicut ſigillo omnia compacta ſignamus & concludimus. Loquitur de odio Fratrum Ioſeph, cui vltimam dedit vrgentiſſimam rationem ſomnium eius de ſole, luna, & ſtellis Fratribus ab ipſo reuelatum.

LIII. *Sarmientos baybados.* homil. 17. numero 10. Qui vinetum plantare intendit, palmites de vinea ſibi congruos reſcindit, quos in faſciculos compoſitos, [illegible] ſtagno immittit vbi radices producunt, qui [illegible] extracti radicibus copioſi, vocantur *Sarmientos baybados.*

LIV. *Echarſe en la barcaſſa.* h. 17. n. 14. ſignificat [illegible] ſtram rationem, quam agitandam inceperat [illegible] alio deflectere.

LV. *Caer muy à pezo.* h. 17. n. 24. Apposite, [illegible] ad perpendiculum.

LVI. *A pie llano,* h. 17. n. 25. Id eſt [illegible] lo negotio.

LVII. *Os darè la braya.* ho. 17. n. 28. Riſu [illegible] aliquo excogitato ſtratagemate.

LVIII. *Calcas de obra.* h. 17. n. 33. Caligæ [illegible] tiori textura compoſitæ.

LIX. *Los haze baylar ſobre vn guarismo,* homil. [illegible] numero 27. Ad literam ſignificat [illegible] ſum: tropicè vero, geſtus actuſque quoſdam [illegible] dicros, indecentes, morionum & [illegible]

LX. *Tres y la guadaña:* homil. 18. numero [illegible] producuntur hic quæ adoleſcentem [illegible] tum & quaſi choream ducendo ad tartara [illegible] mum: vt patre ſuo ſit orphanus; ſecundum [illegible] vernans iuuenili; tertium: diuitiis abundans; [illegible] tem horum eſt, examen adulatorum.

LXI. *Con la pieça y la placa.* ho. 18. n. 18. Hoc [illegible] Dauidis exponitur per necem Vriæ, [illegible] defuncti libidinoſa conuerſatio: locus [illegible] ſcorto pro libidine ſua abutitur.

LXII. *Deſhollinar ventanas.* h. 18. n. 30. [illegible] qui plateas perambulando cunctas oculis [illegible] mum portaſque introſpiciunt; ſi puellas [illegible] ſpectantes.

LXIII. *A pelo y repelo,* h. 18. n. 34. Siue [illegible] inuitè: ſiue aptè, ſiue inepte, ſiue [illegible] ad rem ſiue non.

LXIV. *La tortura de la toquilla,* h. 19. n. 4. Torturæ ſpecies eſt qua per infuſorium madefactis [illegible] macho aqua ſuperinfuſa paulatim immergitur [illegible] mum vi ſumma extrahitur, non ſine dolore [illegible] hementiſſimo.

LXV. *Oro de veynte y quatro quilates.* homil. [illegible] mero 4. Dicitur aurum primum, [illegible] pretij.

LXVI. *Enojos ſin cauſa, en ſeco y ſin llamar.* [illegible] Ieiuno ut aiunt, ſiccoque ore, nullaque [illegible] miſſa occaſione rixas commouere.

LXVII. *Hazerla çala.* h. 19. n. 53. Modus eſt [illegible] cæ Imperatori ſuo reuerentiam exhibens [illegible] terram corpore, iunctiſque manibus.

LXVIII. *Armar cancadillas,* h. 20. n. 11. [illegible] ad caſum ſtruere pedum ſuorum interpoſitione [illegible] torſione.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXIX. *De hoz y de coz.* ho.20.nu.14. Ex omni parte, ante & retro, ſuperius & inferius, nullo habito alicuius reſpectu loquutur enim de illis, qui ex præcepto Moyſi Leuitis gladiis omnes vituli trucidarunt adoratores *De hoz y de coz.*

LXX. *Xalon Xalon Rio traydor, que nace, in Caſtilla, y riega en Aragon.* h.21.n.1. Xalonius fluuius arguitur vt patriæ ingratus: cum enim ſcaturiat in Caſtilia, illa tamen neglecta ob interpoſitionem montium, defluit, rigat, fœcundatque Aragonium. In eos torquetur adagium, qui patriæ immemores ad alienigenas ſuam deſſerunt induſtriam.

LXXI. *Ladron y vos mayor.* h.21.n.2. Arguis me quod latro ſim, cum tu peior ſis latro.

LXXII. *Dar o poner clam contra alguno.* h.21.n.2. Aliquem vel laudare vel vituperare.

LXXIII. *Sobre palos pœnitentia*, ho.21. numero 2. Illis competit qui iniuſtè luunt, nec poſſunt conqueri. imo & culpam adhuc coguntur fateri, quaſi rei eſſent alicuius delicti.

LXXIV. *En la caſa del herrero, el peor apero.* h.21.n.3. In domo ferrarij ineptiora reperias vtenſilia. Prouerbium hoc ſibi Chriſtus ex nomine Nazarenorum obiicit: et qui aliis ciuitatibus eſſet adeo beneficus, pluraque patraret miracula. patriæ vero ſuæ adeo parcus eſſet, nullaque faceret, cui tamen magis deuinctus eſſe videbatur.

LXXV. *Conocer alguno a piedras menudas*, h.21.n.14. Noſſe aliquem intus & in cute.

LXXVI. *El Iuglar del pueblo nunca haze buen ſon.* homil.21, numero 25. Domeſticus comœdus, numquam gratus. quod huic conuenit: *Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.*

LXXVII. *Tan de poco cuerpo*, homil. 21. numero 30. Phraſis eſt qua res aliqua deprimitur, & nullius eſſe valoris indicatur.

LXXVIII. *Con el hurto en las manos.* h. 21. n.30. De illo dicitur qui in flagranti captus eſt delicto.

LXXIX. *Hablador de ventaja*, hom.21.n.39. Iactator verboſus qui ceteris palmam eripiat eloquentiæ.

LXXX. *Lo que ſe vſa no ſe excuſa*, ho. 21.n.46. Quod in more ſitum eſt, non opus eſt excuſatione.

LXXXI. *Mandome el Chino, y no mi vezino*, ho. 21.n.55. Hoc verſu hominum indicatur ſuperba conditio, qua peregrini potius quam vicini. id eſt alienigenæ quam indigenæ patiuntur imperium.

LXXXII. *Al Iudio dad le aqua, y pidira os pan*, homil. 21. numero 55. Moleſta taxatur Iudæorum & quorumdam poſtulatio, qui vno poſtulato & obtento, ſtatim aliud adiungunt, more Iudæorum, quibus cum Dominus aquam de petra profudiſſet, confeſtim panem requirebant.

LXXXIII. *Vayaſe la gayta por el lugar*, homil. 22. numero 2. Quid ad me? modo ſanus ſim, opibus abundem, dignitate præcellam, fruar voluptate, mundus interim tibicine vrticali tripudiet, pſallat, & moduletur.

LXXXIV. *A ſol y ſombra*, homil. 22. numero 15. Noctuque dinque.

LXXXV. *Haree del cera y pauilo*, h. 22. numero 38. Si de illo eſſet tibi candela ſeu cereus componendus, adeo commodus erit, vt vices vel ellychnij vel vtriuſque ſubire poſſet. Adagium eſt, ſi proximum tuum opportuno tempore & debitis corrigas circumſtantiis, in quamcumque partem volueris, velut molliſſimam ceram, flectes illum.

LXXXVI. *Quien a ſoſpechas, primero las tiene hechas* h.22 n.41. In eos torquetur adagium, qui ſemper de aliis male ſuſpicantur; cum vere dicatur; ex malis operibus malæ naſcuntur ſuſpiciones.

LXXXVII. *Palabras de buena crianca, no obligan.* h. 22. n.46. Verba ſeu promiſſa vrbanitatis ergo prolata, nullam inducunt obligationem.

LXXXVIII. *Mirar de hito en hito* homil. 23. numero 22. Significat aliquid fixis oculis & acie intueri irreuerberata.

LXXXIX. *Palabras y plumas lleua el viento.* homil. 23. numero 30. Adagium eſt quo verborum inanitas exprimitur; quæ ſicut plumas ventus diſpergit & in aera euaneſcunt.

XC. *Poner puertas al campo*, homil. 23. numero 31. Prouerbium eſt rem indicans factu impoſſibilem; qualis eſt campos portis concludere; circumquaque namque patet egreſſus.

XCI. *Vna prueua de cal y canto.* ho.23.n.35. Argumentum hoc eſt indiſſolubile velut paries ex calce & lapidibus fortiſſime compactus.

XCII. *En el otro ſucedio vn mal guiſado*, homil. 24. n. 25. Ferculum male præparatum. Modus hic eſt loquendi dum ſignificamus non leuem alicui iniuſtam contumeliam vel accidiſſe graue infortunium illi valde pernicioſum.

XCIII. *Eſto no eſta en ſu lugar.* ho 24. nu.37. Hoc non conuenit, non eſt hoc ſuo loco.

XCIV. *A regaña dientes*, h.24.n.41. Hoc fit re nolente contradicente & præ cholera frendente dentibus.

XCV. *Heredero de quarenta*, h.24. n.44. Heredem denotat ex aſſe.

XCVI. *En tu tierra, y con tu ygual.* h.24 n.45. Conuenit hoc adagium illi verſui; Si vis nubere, nube pari; ne cultus, diuitiarum, nobilitatis aut regionis diſparitas pariat diſcordiam, & pacem impediat ita matrimonio neceſſariam.

XCVII. *De marca mayor*, h.25.n.5. In bonam & malam partem ſumitur. dicuntur enim eſſe nonnulla peccata primæ notæ; vel etiam iuſtorum bona opera primæ notæ, id eſt in ſuo genere eminentiſſima.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XCVIII. *Pique a pique.* hom. 25. n. 7. Id eſt quam proxime.

XCIX. *Baſta para hazer os del cielo cebolla*, hom. 25. num. 9. Prouerbium eſt quo ad demonſtrandum vtimur quanta ſit mulieris potiſſimum eloquentis, pulchræ, gratæque efficacia, quæ tibi etiam perſuadeat maximè diſparata & abſurda; qualia ſunt, cœlum eſſe allium.

C. *Dádiuas quebrantan peñas.* hom. 25. num. 25. Munera rupes diffringunt. Tanta vis eſt munerum, vt corda etiam duriſſima emolliant.

CI. *Leuantar el buelo.* hom. 25. num. 51. Fugam arripere; more volucrum quæ expandentes alas in aëra volatum tendunt.

CII. *De oreja a oreja.* h. 25. n. 52. Caput ab aure ad aurem præſcindere; & perfecta notatur animalis ſeu holocauſti occiſio.

CIII. *Hazerſe lenguas.* h. 25. n. 53. Alicuius virtutum encomiaſten agere diſertiſſimum, omnemque ſuam ad hoc linguam impendere.

CIV. *Papa viento.* h. 25. n. 75. Auræ popularis ſectator; nihil enim aliud eſt aura popularis & dignitatum celſitudo, quam ventus velociter tranſiens & nullius in ſe ſubſtantiæ.

CV. *Entre Duero y peña tajada.* hom. 26. num. 1. *Duero* flumen eſt, vnde locum eſſe autumo periculoſum ex rupe diſciſſa in eodem fluvio, & inde natum proverbium, quo notamus aliquem manifeſto certoque exponi periculo.

CVI. *Se ſalen de vna orilla.* hom. 26. num. 11. Amici notantur hic infideles, qui te preſſum anguſtiis deſerunt ſeque ſubducunt, varias opis negatæ rationes proferentes.

CVII. *Toque a quien tocare.* hom. 26. num. 12. Epigraphe eſt potiſſimum iuſtitiæ mouentis omnes ne quis eam lædere præſumat, alioquin ſine vllo delectu ab ipſa ſæuiori plaga lædendus.

CVIII. *Tuuo eſte negotio ſus dares i tomares.* hom. 26. num. 18. Deſcribitur adulterium Dauidis, quam multa huic interuenerint, ex quibus non poterat non revelari & cognoſci: dum enim vtrimque & ipſe Dauid Bethſabee munera, nuntios, ſcedulas &c. mittit, ipſa vero hæc ab illo recipit, & vltro citroque remittit, qua ratione poterat hoc latere abſconditum?

CIX. *De derecho en derecho.* hom. 26. num. 25. Directè & ex oppoſito.

CX. *Lo que eſta luego ſobre la haz.* hom. 26. num 31. quod in ſuperficie & ilico ſe prodit vt cognoſci valeat.

CXI. *Iuego de paſſa.* hom. 26. num. 45. Hiſtrionum hic ſignantur joci manibus compoſiti quibus ſpectantium oculos faſcinant.

CXII. *A dos por tres.* h. 26. n. 42. Arguitur hic quorumdam virorum perverſitas, qui ex leui quadam occaſione, ob duo vel tria verba inconcinne & [illegible] dicta, uxores, dato libello repudii à thoro ſu[illegible] ſortio dimittebant.

CXIII. *Eſto dana mas en roſtro à Dios.* h. [illegible] Hoc Deus ægerrimè tulit, ex quo quaſi ruber[illegible] debatur.

CXIV. *Desfrutar todos los arboles.* hom. 25. [illegible] Phraſis eſt: qua diſcoli peccatoris [illegible] taxatur, dum nullam peccandi prætermittit [illegible] nem; ſumptâ ab eo metaphora, qui ex [illegible] dendi libidine quarumcumque arborum fructus [illegible] pit.

CXV. *Deſcubrir la cuerda.* hom. 27. num. 33. [illegible] verbium eſt quo denotatur alicujus in [illegible] ſis infidelitas & inconſtantia, ducta metaphora [illegible] bus cytharæ, quæ quales ſint, dum pulſantur [illegible] tur.

CXVI. *Todo yua à la barra.* hom. 27. [illegible] nia paſſim ad menſam apponebantur. Dicitur [illegible] morem hic tangi quo nauis onuſta merc[illegible] exoneratur: omnia namque ad ripam [illegible] nuntur, vt inde quiſque quod ſuum eſt, [illegible] ferat.

CXVII. *No moriras à leche de Almendras.* hom. [illegible] num. 6. Hoc adagio mors exprimitur violenta; [illegible] cum lac amygdalorum detur in pocum, [illegible] quis obdormiat; ita metaphoricè dicitur [illegible] finies ex potu lactis amygdalorum; id eſt [illegible] ca, ſed violenta.

CXVIII. *Quebrantamiento de alberque.* h. [illegible] Domus violatio, ſeu infractio, libertatis [illegible] que etenim ad domum ſuam ſe recipit, [illegible] gij certiſſimum.

CXIX. *Le dezia quatro palabras.* h. 28. n. 14. [illegible] varia ei conuitia exprobrabat non parum [illegible]

CXX. *No ſe le dava un quarto.* hom. 28. [illegible] teruntio hoc æſtimat.

CXXI. *Ayuda de coſta.* h. 29. n. 10. hoc [illegible] tur ſubſidium quod alicui à ſuperiori [illegible] tantò levius quotidianum ferat onus, [illegible] tribulationes. Hac phraſi dicuntur S.S. [illegible] ſubminiſtrare *Ayuda de coſta*, id eſt gratias [illegible] miſerias, diaboli tentationes, & morborum [illegible] nes ſuſtinendas.

CXXII. *A cauallo maldito, el pelo le luze.* h. [illegible] Equo, cui male precantur, pellis ex [illegible] ſplendeſcit, Adagium hoc applicatur dum [illegible] ſiniſtra deſideramus, econtra vero cuncta [illegible] noſtram invidiam eueniunt.

CXXIII. *Con las manos en la cabeça.* h. 31. n. [illegible] ſis hæc dolorem exprimit vehementem, quo [illegible] compos crines ſibi præ triſtitia evellit.

CXXIV. *La muerte tan preſto y à vezes mas* [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*cordero, toma al carnero*, homil. 31. numero 17. Mors ſic iuuenem imo ſæpe citius inuadit ac ſenem : & frequentiùs aliquando valut lupus agnum ac ouem diripit.

CXXV. *Llorar para deſcanſar*, homil. 31. numero 60. Ex lacrymis ſibi lenimen cordis quærere : cor etenim lacrymarum effuſione quaſi alleuiatur : ſicut navis aquis oppreſſa per anthliam euacuatur, alioqui demergenda.

CXXVI. *Mas vale crudo en el plato, que aſſado en la boca del gato.* homil. 31. numero 64. Rythmus eſt reſpondens interrogationi cur Deus tot immaturos iuuenes rapit ex hoc mundo? Nimirum ſatius eſſe vt immaturi ex hoc mundo à Deo rapiantur, quam vt ætate iam matura à diabolo colligantur perituri : alludit ad hiſtoriam de qua in textu.

CXXVII. *Se les fue en quatro palabras*, homil. 32. numero 52. His verbis indicat quam inopinata morte Lazarus hinc diſceſſerit, vt ſorores & amici neſcirent, quo morbo laboraret, vel qua ratione illi ſubuenirent, quamuis vix verba prolocutus interiit.

CXXVIII. *Dicho eſta à ſobre peyne*, homil. 32. numer. 64. Sic dictum eſt ſuperficialiter : deducta metaphora à tonſore qui capillos adhibito pectine detondet, quod non niſi tranſeunter facit, aliter autem ſemoto pectine: tunc enim ad cutem vſque deradit.

CXXIX. *Alabate polla.* h. 33. n. 46. In eos quadrat, qui cum nullius ſint dignitatis aut meriti, ſeipſos iactant vt primarios & virtute præſtantiſſimos : gallinæ ſunt vecordes, nec laude digni.

CXXX. *Concluye con vna barredera*, h. 34. n. 55. Generali concludit axiomate aut propoſitione velut latiſſima ſagena, multa ſimul comprehendens.

CXXXI. *Correr las cortinas.* ho. 34. nu. 63. Contrahere cortinas, ſic vt omnia pateant, quæ animo concepimus declarare.

CXXXII. *Matava todos ſin dexar piante ni mamante*, hom. 35. n. 15. Omnes cateruatim occidit, quod phraſi S. Scripturæ ſic exponitur : Omnes occidit vſque ad mingentem ad parietem : nec auibus, nec quadrupedibus nec infantulis pepercit.

CXXXIII. *Tope con quien topare*, hom. 35. n. 20. Recurrit hæc phraſis at alio ſenſu declaranda : ſcilicet ex hiſtoria Dauidis prorumpentis in adulterium cum Bethſabee, q. d. nullus ſe mihi in hoc audebit opponere, omnia perfringam, patiatur inde damnum quicumque, ut mea fruar carnis voluptate.

CXXXIV. *Azibar el bocado*, homil. 35. numero 20. Bolum reddere amarum : phraſis hæc denotat alicui in actu aliquo, potiſſimum libidinoſo obicem ponere, & voluptatem illam carnis reddere moleſtam & amaram.

CXXXV. *Las aguas venian de mar à mar*, homil. 35. numero 28. Id eſt, rapidiſſimo fluebant impetu.

CXXXVI. *Ir à la mano.* homil. 35. numero 32. ſignificat manum alicuius aut potentiam in operando cohibere.

CXXXVII. *Sin azar*, h. 35. n. 32. Sine periculo ſiniſtri alicuius euentus.

CXXXVIII. *Quien calla, piedras apanna*, h. 35. n. 60. Qui contumeliis affectus linguam ſuam cohibet : etiam lapides illi proficiunt.

CXXXIX. *Cuerpo à cuerpo*, h. 36. n. 6. In ſingulari certamine ſeu duello.

CXL. *Sin lanca enhieſta*, homil. 36. numero 35. Ingreſſus hic deſcribitur Regis pacificus, qui ab omnibus gratus accipitur, nemine repugnante, aut haſtam attollente in ſignum rebellionis, ſed omnibus illo tranſeunte lanceas ad terram vſque demittentibus.

CXLI. *Hazen de vos cabeca de lobo*, homil. 36. num. 36. Erigent te in caput lupi. Proverbium hoc illis applicatur, qui ſi quem ex cognatis videant ad altiora promoueri dignitatis vel auctoritatis, omnes illi fideles adhærent, arrident, applaudunt, extollunt, vt ex eius nomine ſibi lucrentur. Sumpta eſt ſimilitudo ab iis qui capto lupo caput circumferunt, & in altum extollunt ut ab aliis ſibi nummos expiſcentur.

CXLII. *Lar azon y la iuſticia van de capa cayda*, hom 36. numero 50. Credo hic indicari rationem & iuſtitiam langueſcere & ab aliis iniuſtè opprimi.

CXLIII. *Cada qual ſe eſcupa alas manos*, h. 37. n. 17. Quiſque ſe grauiter accingat operi, qui namque hoc intendit in manus ſuas expuit.

CXLIV. *Yendo por lana, quedo traſquilado.* homil 37. numeao 34. Inde ſibi damnum peperit, unde lucrum exſpectabat dum enim ad lanæ tendit quæſtum ; ab aliis ipſe tonſus eſt.

CXLV. *Los tieſtos parecen a la olla.* homil. 37. nume 44. Fragmenta vaſis teſtacei ſunt ipſi vaſi ſimilia. Proverbium hoc alio prouerbio explicatur ; filius refert patrem.

CXLVI. *Dexir quatro libertades*, homil. 38. numero 23. Iocoſe & parum honeſte, ex præſumpta quadam libertate colloquia miſcere.

CXLVII. *Es coſi coſa.* homil. 38. nu 33. Ænigma eſt ſeu paradoxum, quod ab omnibus non ita facile intelligitur.

CXLVIII. *Sambenito* ho. 38. nu. 55. Veſtis quædam eſt ſeu tunica leuior ſine manicis rubra cruce D. Andreæ ante & retro inſignita, qua rei à S. Inquiſitione damnati ad ludibrium veſtiuntur.

CXLIX. *Agora doy en la cuenta*, homil. 38. numero 58. Vſus huius Prouerbij hic eſt dum ab aliis deluſi tandem fraudem aperimus, & quid rerum lateat non ignoramus.

CL. *No tendras eſſo à martillo.* homil. 39. numero 22. Id eſt ; non habebis hoc ſub malleo tuo, vt de illo

eſtor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

efformes quidquid volueris: q.d. non feliciter tibi h[illegible]c, ſeu pro voto ſuccedet, nec ad exitum optatum deduces.

CLI. *Parece Vizcaynada*, h.39. n.34. Cum indicare volumus aliquid impropriè & ineleganter dici, vtimur hoc adagio: quia Baſcaini impropriè & ineleganter vt ruſtici loquuntur.

CLII. *Yr à ojete.* h.38. n.23. Feminarum hic modus eſt incedendi: quæ vt liberè & irreprehenſibiliter cuncta conſpiciant vtuntur theriſtro: & quaſi nihil videant omnia tamen intuentur.

CLIII. *Echar la ſoga tras el caldero*, h.40.n.1. Iudæos mordet hoc Prouerbium qui nedum ex miraculis Chriſti non redduntur meliores, ſed etiam omnem emendationis modum rejiciunt: dum Lazarum ex cujus poterant reſuſcitatione & teſtificatione emendari & in Chriſtum credere: cogitant occidere: ſicut qui delapsâ in puteum hydria, ex deſperatione etiam funem quo poſſet illam extrahere & aquam haurire, in eundem conjicit.

CLIV. *Milagro de mayor cantia.* h.40.n.3. Miraculum tale dicitur quod ceteris eſt eminentius, & fidem excitat, probatque firmiorem.

CLV. *Hombre valiente pueſto en el cuerno de la luna.* h.41.n.7. Notatur hoc adagio viri potentis, diuitis & robuſti jactantia, qua cunctos deſpicit, ſe ceteris extollit, & quaſi leonis exuuium geſtans, lunæ cornibus inſideret.

CLVI. *Derramando lagrimas hilo à hilo.* h. 41. n. 95. Vbertim lacrymæ defluebant quaſi perpetuo & non intermiſſo decurſu ab oculis in maxillas.

CLVII. *El loco por la pena es cuerdo.* h.42.n.14. Stultus ex flagris fit ſapientior.

CLVIII. *Yendo alla la lengua, donde duele la muela.* h.42.n.44. Lingua dentis male habentis loquitur cruciatum: ſolemus enim frequentius loqui de rebus nobis moleſtis, aliisque noſtras aperire tribulationes.

CLIX. *Hecho vna ſopa en agua.* h.42.n.114. [illegible] hæc phraſis hominem ſudore totum [illegible] offam aqua temperatam.

CLX. *Fue vna llamarada d'eſtopa.* h.43.n.31. [illegible] ter deſcribir feruentem D. Petri in cœna Domini [illegible] tum, dum ſe paratum jactat cum Chriſto in carcerem & in mortem ire: cujus ardor ſpiritus cito [illegible] eum paulo poſt tertiò noſſe ſe negauit: [illegible] ſtuppæ cito euaneſcit & extinguitur.

CLXI. *Todos haya cecina.* hom.43.n.57. [illegible] verba ſunt, quaſi ſolus ipſe tantis polleret viribus omnes aduerſarios tanta deleret internecione, [illegible] carnes ſale condiret.

CLXII. *Era vna ſin fin de juramentos.* h.43.n.4[illegible] eſt, perpetuo nulloque poſito termino & [illegible] rem aliquam juramentis confirmare.

CLXIII. *Quien tal haze, que tal pague.* h.44.n.[illegible] Culpæ pœna reſpondeat.

CLXIV. *Criado de llaue dorada.* h.44.n.4[illegible] [illegible]rius Regis, cui pro inſigni datur clauis aurea, [illegible] collo appenſam geſtat: ſignum honorarium.

CLXV. *Obras ſon amores, y no buenas razones.* h.[illegible] n.4. Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis [illegible] ba ſed opera profert amor.

CLXVI. *A bon recando.* h.46.n.33. Id eſt prudenter, caute, ſagaciter.

CLXVII. *Milagros de ciento en libra.* h.[illegible] [illegible]cula hic notantur leuiora nullius momenti: [illegible] aliquid poteſt eſſe graue, quod centies [illegible] vix pondo appendit.

CLXVIII. *A boca de coſtal.* h.49.n.25. [illegible] ſignificat pecuniam ſoluere ſeu dare aperto [illegible] marſupio, larga manu & effuſe.

Quidquid in toto hoc opere dicitur, & quæcumque fecit vel faciet Auctor, ſeipſum quoque ex toto corde correctioni ſubjicit & cenſuræ S. Romanæ, & Catholicæ Eccleſiæ.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN